

491

489

495

485

480

440

390

Ende

Anfang

476

in locis suis, et fugerunt. Tabulas illas mensus sum, et habet
quaelibet VII pedes in latum et XII in longum, et politae
[sunt] ut speculum.

Non sunt multi anni elapsi, quod quidam juvenes Sarra-
ceni, qui manus sacrilegas his sacris lapidibus apponere
praesumserunt, fuerunt puniti. Est enim apud Sarracenos
opinio, quod sub lapide nativitatis Domini et sub praesepio,
sint reconditi thesauri inaestimabiles, sed non sint reperibiles
nec visibles. Quidam autem juvenes curiosi et cupidi nocte
per fenestram, quae est supra altare circumcisiois Domini,
in ecclesiam scanderunt, et ingressi specum sanctissimam
tabulas juxta locum nativitatis et juxta praesepem levaverunt,
et quidquid levaverunt, in manibus eorum comminutum fuit, et
dum fodere inciperent, tantus timor et tremor eos accepit,
quod relictis instrumentis per fenestram, per quam intrave-
rant, ceciderunt, et e patria migraverunt, nec aliquis expe-
riari poterat, quo fures illi venerint. Dicitur pro certo, et est
indubitatum apud illos, qui juxta locum morantur, quod nullus
Sarracenius per se suis manibus potest aliquid de illa ecclesia
tollere. Et si aliquis Sarracenius praesumit manum apponere
(B) ad auferendum, non evadet punitionem aliquam, quin
castigetur. Iстis tamen non obstantibus multae tabulae politae
sunt parietibus detractae per fures christianos. Nam orientales
Christiani fures miseri tollunt talia, et Sarracenis vendunt,
unde nonnumquam Sarraceni prefio christianos fures condu-
cunt, ut eis tabulas concupiscibiles furentur. Et nulli dubium
sit, si Sarraceni possent illa lapidum ornamenta tollere, dudum
omnia essent sublata. Sed Deus pro aliquali nostra conso-
latione et pro sua gloria loca illa custodit, et tamen in con-
temptum venire permittit pro nostra culpa. In mea prima pere-
grinatione tectum ecclesiae, quod gravissimum est, quia
plumbeum, minabatur ruinam supra chorum, et non aliter
sustentabatur, nisi trabibus longis a pavimento chori sursum
porrectis, quibus innitebatur. Unde pro tunc optavi, quod
Deus suscitaret regem Joas, de quo habetur 4 Reg. 12., quod
sacerdotes cogebat ad reparandum sarta tecta templi Domini,
et saepe magnam tristitiam habui, timens ecclesiae illius
irrecuperabilem ruinam. Si enim ruisset, numquam sublevata

